UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

**Gulielmus, Janus**

**Antverpiae, M. D. LXXXII.**

Cap. XIIX. Riuales. Luna aquulenta. Varro apud Nonium correctus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70877

Visual Library

pullo inferius trita dixit pro veſte depãni & attrita.

*Pexatus pulcrè rides mea Zoile trita.*

bellè lacernis, quæ vulgò pullæ erant, togas ſubii- quæ albæ aut candidæ. Verſus poſtremus,

*Prò ſcelus! & lateris frigora trita times.*

enè habet, teſtibus libris veteribus & ſententia. ûm enim trita ita frequentarent, vt modò diximus: gutiſſimè vocauit frigora trita veſtes, quæ laceræ igus vndique admitterent. Ita libro II.

*Eſſe queror gelidáſque mihi tritáſque lacernas.*

Latus pro ſodali & congerrone aſſiduo vſitauit & ibro VI.

*Inter Baianas raptus puer occidit vndas*
*Eutychus ille tuum Caſtrice dulce latus.*
*Hic tibi curarum ſocius, blandúmque leuamen,*
*Hic amor, hic noſtri vatis Alexis erat.*

Epigrammate LV.

*Vis te, Sexte, coli: volebam amare.*
*Parendum eſt tibi; quod iubes colère.*

Nuncum epigramma publicatur, ſupplendum addi- verſu ex libris ſcriptis:

*Sed ſi te colo, Sexte, non amabo.*

Colere terebant pro ſalutare & adſectari patronos & micos primores ſiue magnos. Cicero pro Cælio: *facilius & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet.* rahebatur autem & in rem amorum, & idem erat uod arari, Truculento:

——*qui arari ſolent ad pueros ire meliuſt.*

hac ambiguitate luſiſſe poëtam ſuſpicor.

## CAPVT XIIX.

*Riuales. Luna aquulenta. Varro apud Nonium correctus.*

M. VARRONI hoc capite operam dabo, ſed

ſaltuatim & vellicatim, vt ait ille. Nonius in M
ceſcebat.

*Varro Serr. περὶ ἐξωρχαις. Noſter Atticus riuali bono*
*rus in curiam commaceſcebat.*

Lego, *Noſter antiquus riualis domo iturus.* Riuales
vno riuo vterentur; vicini. Ita verti poſſent
nienſium φράτορες, ſiquidem origo vocis ἀπὸ τῶν
των ducta eſt.

In Nobile.

*Varro περὶ αἱρέσεων. Tam contremula aquilenta*
*alta littora Oriris ac reluces nobilis omnibus.*

De luna ſcripti delicatiſſimi trimetri ſunt.
nium leuiter corrigo, *Tu cum tremula, aquulēta.*
lentam dixit proprio epitheto, quòd humorem
inducat.

In Cædere.

Varro Eumenid. *Maximum dum cædit ferro*
*dere Vlyſſem*

*Cum bacca ſyluam cædit porcóſque trucidat.*

Emaculandum haud dubiè, *Aiax dum credit f*
*cædere Vlyſſem*. de Aiace furente καὶ μαστιγοφόρῳ ſermo

In Bellum.

Varro ταφὴ μενίππου. *In charteo ſtadio ἐπιταφίῳ*
*quo qui certaſſet animo, bellus homo magis de*
*Stoicorum pancratio, quàm athletarum.*

Neſcio an ſcribſerit Varro, *Agone certaſſet anim*
*ſumo.* Belliſſimum agona dicit eſſe cultum an
doctrinæ ſtudium.

In Stare.

Varro Flextabula. *Atque ſi addam, quanta miſe*
*dia mea heredibus meis ſtet, quod miſeros ſublen*

Scribo, *quanti m. m. heredibus meis ſtet: quot miſer*

In Rutuba.

Varro Sexageſimo. *Ergo tum Roma parcè pur*
*dentes Viuere tum in patriam nunc ſumus in*

Ver

Ant. Mu
Variæ Lec
L III
28

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Verſu poſteriore lego *Vixere in patria.* Adeò ait degenerasſe morem maiorum, vt ipſa Roma iam Roma non ſit, ſed ſcelerum colluuies.

## CAPVT XIX.

*Βοῦς ἐν πόλει, prouerbium. Deſpectare. Hiſcere. Martialis emendatus.*

AD Martialem, vnde modò diſceſſi, redeo. lib. I. Epigrammate LXXVII.

*Quid tibi cum Cirrha, quid cum Permeſſide lympha?*
*Romanum propius diuitiúſque forum eſt.*
*Illic æra ſonant. at circum pulpita noſtra*
*Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.*

Omnino melius liber ſcriptus: *ad circum & pulpita noſtra.* Recenſet loca poëtis veluti conſecrata, circum, in quo ludi fiebant & ſpectabantur fabulæ; pulpita, è quibus recitabātur poëmata; cathedras Grammaticorum, è quibus explicabantur. Et vrbanè virum diſertum à ſcribendo poëmate deterret, cui vberior quæſtus in foro propoſitus ſit. Contrà cauſſidicum infantem, à foro ad verſus vt inopiæ ſubſidium confugientem lepidè ridet in Apophoretis.

Lemmate, Corculum.

*Pauper cauſſidicus nullos referentia numos*
*Carmina cùm ſcribas, accipe cor quod habes.*

Lemma aliter concipiunt libri ſcripti, & vetuſtè editi, *Corbubulum.* Rectè, ni fallor: & alluſit ad parœmiam *βοῦς ἐν πόλει*, cùm rem vrbanam & lepidam aggreditur homo agreſtis, & rus merum, quique ei perficiendæ parum idoneus eſt. Mittit igitur iocosè cauſſidico cor, ſed quale is cui mittitur habet ſtupidiſſimi animantis.